



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

22 Idem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

charitatis nutrices Christianæ sumptuerint, lac uno, vel pluribus diebus in latrinam, cloacas, vel alia loca effundere coegerit, iudicio Episcoporum, & inquisitorum est puniendus, ut in const. eisdem Greg. Papæ XIII. c. 73, §. si quis Iudæus, §. si Salvatore, & §. si nutrices ea pag. 1306, Innoc. in cap. quod super num. 5, de voc. redempt. Felyn. in capite postulasti num. 4, & 5, de Iude & Sarrac. & Burlat. post alios in d. conf. 90, num. 1, 2, 3, 13. & 21
14, vol. 1.

18 Unde est ea opinio, quod crimen deturpationis figuræ Domini nostri Jesu Christi à Judæo commissum, non spectet ad forum ecclesiasticum, de quo per Ancharanum in conf. 15. sub num. 4, pace tanti viri, quem ego digniore loco habui, & observo, sic dictum. hodie præsertim non est vera, quia repugnat const. Greg. XIII. in dicto §. si Salvatore,

19 & etiam est contra communem opinionem, qua cavetur, quod in causis misti fori inter iudicem ecclesiasticum, & secularem, sit locus præventioni, ex supra alleg. cū n hoc sit sacrilegium, ut pluribus probat, id. Ancharan eod. conf. 15. num. 2.

20 Eidem iudicio ecclesiastico subjicitur Judæus, qui dæmones invocat, consulit, aut eorum responsa accipit, & ad illos sacrificia, aut preces, ad divinationem, aliamve causam dirigit, aut quid eis immolat, vel thuris alteriusve rei fumigationes offert, nam Judæi reprehenduntur, quod pro Deo idola colebant, & pro azimis fermentum offerebant, ut testatur Card. Bellarm. de sacram. Eu
23
charist. lib. 4. cap. 19. §. ult. proferebant
307. 3, aut alia quævis impietatis obse-

quia præstat, si etiam Christianos verbo, facto, vel exemplo, aut alio quovis modo, nefaria doceat, vel ad ea perpetranda perducatur, aut perducere tenet, ut in eadem const. 79. dicta pagin. 1306. §. si Dæmones Innocent. in eodem cap. quod super nu. 4. de vot. Felyn. in cap. 1. de const. Paris conf. 79. num. 24. & sequent. vol. 2. Burlat. eodem conf. 90. nu. 1. & direct. Inquis. cap. 46. numer. 4.

21 Sunt enim Judæi à Prælatibus, alijsque magistratibus coercendi, ne Christianam fidem blasphemijs, vel malis persuasionibus, aut etiam apertis persecutionibus impediatur, Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 10. art. 8. 1. respons. & contra facientes, aut hæreticalia inter Christianos dogmatizantes auctoritate ecclesiastica sunt compescendi, Innocent. in dicto cap. quod super ubi etiam Hostiens. de vo. & vot. redempt. & Burlat. d. conf. 90, num. 2, & 3, vol. 1.

22 Iudæus, qui apostatas, hæreticosve scienter domi suæ acceptaverit, aluerit, comæatu juverit, seu quovis modo cibaria eis ubicunque præbuerit, deduxerit, seu associaverit, vel deducendos, seu associandos, curaverit, aut sumptus ministraverit, duces comitesve illis adjunxit, vel, ne ab eis perpetrata deprehendat, aut investigari queant, fecerit; quisque dictos apostatas, aut hæreticos, scienter, aliquo modo receptaverit, occultaverit, defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel favorem, quomodolibet, præstiterit, ab Ordinarijs locorum; & Inquisitoribus pœnis est plectendus.

23 Cæteri vero ex Christianis hæreticorum fautores, si qui fuerint, quod absit, sunt ipso jure excommunicati, & alias pœnas